

495
127

FVNVS

NON TAM DEFLENDVM

QVIN POTIVS

PIIS VOTIS TVMVLO INFERENDVM

VIRI

PRAE-NOBILISSIMI AMPLISSIMI

NEC NON CONSVLTISSIMI

DOMINI

NATHAN AELIS

GOTTLIEBII

GNOSPII

CONSVLIS REIPVBL. THORVN. DIGNISSIMI

JVDICIS P. T. DEXTERRIMI SVCCAMERARII

MERITISSIMI SCHOLARCHAE

HONORATISSIMI

PATRONI IN VIVIS QVONDAM OPTIMI

MAXIMI IN MORTE JAM VERO DESIDERATISSIMI

ELOGIO SEQVENTE

BREVI LEVI

REDHOSTIMENTI QVALISCVNQVE TANDEM LOCO PRO

TOT TANTISQVE ACCEPTIS BENEFICIIS

COMITARI

VOLUIT DEBUIT

DOMVS GNOSPIANAE

CLIENS DEVINCTISSIMVS

HENRICVS REICHEL.



GEDANI

TYPIS THOMÆ JOH. SCHREIBERI, SENATVS ET ATHEN. TYPOGR.

Adsta Viator

quid properas

lege

hactenus non lecta

confidera

huc usque vix forte considerata

Vrna haec

NOBILIS est VIRI

qui paucis Veterum antehac gloria aut felicitate fuit inferior

nunc omnibus superior

et hanc implet

jam corpore

mox cinere

deniqve nihilo

posteaquam antea implevit

Vrbem meritis

Curiam consiliis

Ecclesiam donis

Pauperes bonis

Patriam fama

Coelum anima

Clarus alias Origine

Consul munere

insignis ingenio

fortuna supra multos eminens

quodque mireris

in Curia Diaconus

consilio Reipublicae inserviando

in domo arbiter

suum cuique tribuendo

in Vrbe Dominus

tam timendus quam mitis

omnibus singulis

Vnus sat multa habuit

honorem in Officio

felicitatem in domicilio

amicos in obsequio

collegas in fide

cives in amore

reliquos sub timore

filiari non servili

omnes sub patrocino

magis quam paterno

Hoc unico tantum miser

quod multos fecerit miseros

jam destitutos

alloquio solatio auxilio

Hac

Hac vero in urna
 mentis suae radios tantum collegit
 non amisit
 in vita enim ita sui similis luxit
 ne mortis tenebrae Consularem extingverent splendorem
 Ceterum
 hac eclipsi
 dum ultimum clausit diem
 primam aperuit noctem
 Vxori Consanguineis Collegis Amicis Civibus
 et dum semper aequus fuit
 in hoc tamen iniquus
 quod eos reliquerit atratos
 quos prius acceperat Candidatos
 amoris benevolentiae obsequii
 Dum vero vixit
 hostes omnes vicit
 visibiles invisibiles
 illos prudentia
 hos verbi divini sapientia
 utrosque constantia
 DEumque magis scivit nesciendo
 quam frivole scrutando
 semper namque meliorem de illo sensum animus illius habuit
 sine sensu
 O noctem proin' diurnam
 sed fallor
 dixerim potius brevem
 in media namque umbra
 restant ad huc amissi splendoris vestigia
 intaminati honoris indicia
 fama relicta
 et
 virtus nota
 par caelo
 Interea
 mortalia clausit
 praebendo se victimam
 in solenne voluntatis divinae obsequium
 ne scilicet
 Viro immortalibus tam vicino
 terra se diutius jactaret
 reddendo simul utrumque
 quod debuit utrique
 solo polo
 et
 dum mori desit
 vivere coepit
 vitam
 non amplius morti stipendiariam
 sed caelo liberam

Tu Viator
 nec fletu nec rideto
 clarorum namque Virorum funera
 Heraclitos aeqve ac Democritos arcent
 inprimis vero
 animus illius Virilis
 Ieffum muliebrem a justis suis proscibit
 propterea
 Thracum esto
 Morientes prosequi plausibus
 nascentes vero contra salutare lacrymis
 Nunc abi
 et verba Defuncti e tumulo quasi ultima
 tibi semper primaria
 paucis attende:
 non semper ero : huc usque fui : nunc quid sim vide :
 tu quis mox futurus
 ex urna hac
 tecum perpende.

EPITAPHIVM.

Judicii justi Judex juratus intravit
 Judicis immensi jucundo jubila jussu.

GNOSPIVS

per Gen. ἀνεσίχον.

Gratia Non Opere Salvor Per Iesum Vnicum Salvatorem,

I. Joannis II. v. 1. 2.

